

IN PHARMACIAM

ANTVERPIENSEM.

Quot mala Pandoræ pixis tibi portulit, en hic
Tot tibi pellendis tela libellus habet.
His Couis est vsus, his Hermes, ipse Galenus,
Dic à quo morbo non data palma fuit?
Vtere sic, ratione duce, his : victoria palmas
Tot dabit, inuidiam sic superabis ouans.
Helleborns Pseudo-Medico hic, Momoque paratur.
Si non curetur, nauiget Anticyram.

JOAN. VAN BUYTEN *Medic. Antwerp.*
& *Chirurgia Lector.*

ALIVD.

I Liber exigua mole, ast medicamine factus,
J procul à Patria dissita regna pete.
Quaque patet mundus, terras tentare repostas,
Et maria, haud timeas, dona salutis habes.
Non in sentinam lacerum te perfidus abdet,
Aut per te ardebit fistula plena peto.
Non te formabunt in thæcas corniculatas,
Ut piperis trito puluere plenus eas.

f 2

Est

Est tibi simplicium secreta potentia rerum,
Multaque quæ multi non potuere refers.
Ambrosio is grauis, tu fers Panacæa salutis,
Dona senis Coi, Pergamus alter eris.
Corpore quicumque oderunt, animoue dolere,
Hæc tua debebunt Pharmaca amara amare.

CHRONICA.

PHARMACA LAVDENT VR,
CAVSANT, ET DONANT SALVTEM,
QVARE NVNC DOLOREM
SVSTINENT DILECTISSIMI.

G. F. H. M. I. A. & C.

AD LAVDEM
PHARMACOPEIÆ.

ECquis non celebret te Liber auree,
Auro nobilior Pharmacopeia,
Mundum cum properas visere languidum?
Tu vitæ columnen, tu medicans salus,
Præsens Auxilium; Norma scientiæ,
Quâ mæstas animas mortis ab impetu,
Parcarumque colis fortiter eripis.
Sive herbæ placeant; seu medicamina,

Quæ